



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MDLX. ad annum MDCXXIII.

**Parisiis, 1644**

Vrbani papæ VII. vita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15522**

VRBANI PAPÆ VII. VITA. 773

Sepultus est apud sanctum Petrum, cum annos quinque, menses quatuor, dies tres pontificatum tenuisset. Vacauit sedes dies 18.



ANNO  
CHRISTI  
1590.

VITA

VRBANI PAPÆ VII.

**V**RBANVS septimus, Ioannes Baptista Castaneus ante pontificatum nominatus, Romæ patre Cosmo Genuesi natus; in Hispania nuntii apostolici munere magna cum laude perfunctus, a Gregorio XIII. cardinalis sancti Marcelli creatus, & ad Bononiensem legationem destinatus; Sixto tandem in pontificatu successit xv. Septembris, anno Domini 1590. tempore Rodulphi II. imperatoris. Natura fuit mansuetus, vitæ inculpatæ, & morum sanctimonia clarus: complexione tamen melancholica, & ad morbum inclinante. Pontificatum ultra 11. dies non protraxit. Post eius obitum sedes apostolica duos menses & nouem dies vacauit.

Vrbanus  
qualis?

Tempus  
sedis.



ANNO  
CHRISTI  
1590.

VITA

GREGORII PAPÆ XIV.

**G**REGORIVS XIV. Franciscum Sfondratum senatorem Mediolanensem patrem habuit, & Nicolai nomen in sacro fonte consecutus est. Optimarum disciplinarum & iurisprudentiæ studio Perusii & Parauii non poenitentiam operam dedit. A Pio IV. episcopus Cremonensis, & a Gregorio XIII. cardinalis creatus, ac tandem Urbano ad felicioram vitam translato, post duorum & amplius mensium interregnum 5. Decembris, anno 1590. tempore Rodulphi II. imperatoris ad pontificatus fastigium pertigit. In grati animi & obseruantia in Gregorium XIII. significationem, Gregorius voluit appellari. Eius pontificatus ad 15. Octobris anni sequentis, dumtaxat per menses decem & dies totidem, fuit continuatus. Quo factum est, vt optima quæque consilia, quæ animo conceperat, & quorum expectatione multos sustentabat, exequi non va-

Gregorius  
qualis?

Quando  
pontifex  
factus?

Tempus  
sedis.